



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Triapostolatvs Septemtrionis

Caesar, Philipp

Coloniæ Agrippinæ, 1642

18. Alia septem S. VVillehadi Miracula.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43650

CAPUT XVIII.

Alia sepiem S. VVillehadi miracula.

XVI.

Cæterum de Sturmi ex villa Ekina, quædam fœmina vocabulo Gerswid, cœcitatem multo tempore passa, in eodem loco posita, lumine est priuato donata.

XVII. Similiter quoque de Stenhorpe, pagi quædam fœmina diutius cœca, dum orationi decumberet, auxiliante Beato viro, luminis est curata remedio.

XVIII. Denique ex Fresia de villa Westanko vir quidam cœcus Meintadus, eò adueniens supernâ illustratus gratiâ luminis recepit officium.

XIX. De Laris ex villa Hahihoreinmod nomine, nouem annis cœcata Sanctissimi viri precibus longè optatam ibi recipere visionis promeruit gratiam.

XX. Ex Wihmodis autem de villa Midlistanfadavurd, quidam homo manu multis admodum contractus annis, ibidem Domino tribuente incolumis est redditus.

XXI. Item de Wigmodis ex villa VVeistristanbeuerigisæti fœmina Thiadgatdis nomine diu cœca, ibidem est illuminata.

XXII. De Sturmi verò ex villa Ekynon, Akko quidam vocabulo, iam quodam in brachio vulneratus fuerat: Cui cum nulla subueniret medicina, armum ad omnia opera multis

C

multis annis inertem habuit. Qui illò veniens,
& dierum suorum ociosam consumtione
deplorans, auxiliumque Beati viri expositu-
lans, supernâ donante gratiâ, cùm diu dolore
brachij torqueretur, tandem sanatus porre-
ctam extendit dexteram. Pro cuius incolumi-
tate cùm omnes Deo gratias retulissent, ille
domum reuersus, fiduciâ iam suæ sanitatis
ammonitus, & de Dei misericordia certissi-
mè confisus, vxorem suam, quæ multo iam
tempore in cœcitate permanferat, secum ipse
ad eandem reduxit Ecclesiam. Vbi cùm pro
concesso remedio vir fide corroboratus mu-
lieri beneficium, & mulier quoque virti sui
doctrinis ammonita Dominum sibi inhian-
ter posceret adesse propitium, cœlitus inspi-
rato lumine subito mulier clatè cœpit cun-
cta videre. Quod statim in populo declara-
tum magna fidei tribuit incitamenta, & cun-
ctorum animos ad credulitatem diuinæ con-
firmavit potentiae. Cumque pro eorum salute
Clerus ac populus personaret, ipsi ad propriâ
gaudentes reuersi, tantò alacrius atque stu-
diosus labori cœperunt insistere, quantò se
reminerunt ociosè vacantes dies multosan-
tea perdidisse.

CAP V T XIX.

Alia quinque S. VVillechadi miracula.

XXIII.

DE Laris quoque concepta iam dudum
diuina